 τὰ τὰς Ἡρίας πύλας *Per fe-*
ralem portam 14, 4. * κατὰ
 γένος *Singulatim prooem.* 2.
 Sensus est, *Non exponam uni-*
uerse de vitiis et virtutibus,
non differam de omnibus vitiis
et virtutibus simul, verum se-
paratim de vitio et virtute
quaque. Atque sic capienda
 sunt eadem verba *ibid.* 4. *

H

θί

οἱ καὶ πόλεις λόγοι κατὰ κρά-
τος αἰρῶντες παρεδειπνήθησαν
*Sunt qui, quum narrant op-
pida vi capta esse, coena pri-
ventur* 8, 4. * κατὰ σπεδὴν
Confestim: statim 1, 2. Sic
καθ' ὑπερβολὴν *Egregie: sum-
me* 21, 4. * καθ' ἕνασον πα-
ριῶν *Singulos adiens* 6, 2. * ὧν
ἔαχεν ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὰ καθέ-
κασα διεξελθεῖν *Fercula quae
coenauerit enumerat singula* 3,
1. * ὅταν τὰς καθ' ἕνα ἀπο-
κναίση *Vbi singulos enecauit*
7, 2. * ποσῶν αὐτὰς καθ' ἕξα-
κοσίς κατὰ μίαν *Numerare
eos, et quidem sexcentos, ut
singulis calculis respondeant
singuli homines singulaeque
summae* 23, 3. Vid. supra εἰς.
* κατὰ μῆνα *Singulis mensi-
bus* 16, 3. Sic κατὰ στάδιον
Singulis stadiis 18, 1.

Καταβάινειν *Descendere*
4, 4.

Καταβάλλειν τὸ ἦθος *Re-
mittere vultus: induere vul-
tus laetos* 8, 1. Vid. supra
ἦθος.

Καταγινώσκειν *Fidem non
habere: accusare mendacii:
sequente Genitino* 1, 3. Nam
verba ὅπως σοὶ — ἀπορῆμα
Fischerus ita intelligit: *Nescio
quomodo tibi non habere de-
beam fidem aut quomodo de
istius fide dubitare possim, h. e.*

*et te et istum veracem puto:
neque de tua fide neque de
istius gravitate dubito.*

Κατάγνυμι οἰκέτῃ χύτραν
ἢ λοπάδα κατάξαντος *Si ser-
vus ollam aut patinam fregit*
10, 2.

Καταδεής· ὅπως μὴ κατα-
δεέστεροι ὦσιν αὐτῶν *Ne infe-
riores sint iis: ne cedant iis
studio virtutis prooem.* 3.

Καταισχύνειν· πεσῶν τὴν
κεφαλὴν καταισχύνουσι *Cadens
de equo caput laedit s. detur-
pat* 27, 2.

Κατακῆδασι dicitur vel de
iis qui se contulerunt dormi-
tum; qui cubant iacentque in
lecto, ut 18, 2: vel de iis qui
accubant, ut 21, 1: vel deni-
que de iis qui decumbunt, ut
25, 4. Quo sensu est *iacere*
apud Cic. 9. ep. 20: et *cubare*
apud Ouid. her. 20, 164.

Καταλείπειν· μόνος κατα-
λείπεσθαι καθέδων *Solus re-
linquitur s. remanet dormiens*
14, 2. * τὰ καταλειπόμενα
ἀπὸ τῆς τραπέζης ἡμίση τῶν
γραφανίδων ἀπογράφουσι *Ra-
phani semesi quum tolluntur de
mensa, eos numerat et in ta-
bularum refert* 11, 5. * κατα-
λειφθέντων αὐτοῖς ὑπομνημά-
των τοικῶν *Relictis iis eius-
modi monumentis prooem.* 3.
* τὸ ἐφόδιον οἴχοι καταλιπεῖν
Via-

Viaticum domi relinquit 11, 3.
 * ὡς τὰς ἀκρόντας — μεταξύ
 καταλιπόντας ἀπαλαίττεσαι
*Ita ut audientes — eum dum
 loquitur deserentes discedant*
 11, 4.

Καταπονεῖν dicitur de iis
 omnibus qui aliis molestias
 maximas et praecipuas creant.
 vt ἀπαυδῶν ποιῶντες τὰς ἀκρόν-
 τας ἕτως καὶ καταπονῶντες
 ταῖς ψευδολογίαις *Enecantes et
 tantum non conficientes vanis
 sermonibus eos qui audiunt* 8, 5.

Καταράσασθαι τῷ λίθῳ *Exe-
 cratur lapidem* 15, 2.

Κατάσρωμα *Pars constrati
 navis in puppi, vbi guberna-
 tor quasi habitat* 22, 2.

Κατατίθεσθαι κατάθξ *Im-
 mo solue praesenti pecunia*
 18, 3. vbi vide notam.

Καταφιλέσθαι ὑπὸ τῆς
 ἑταίρας καταφιλέμενος *Quum
 amica eum perquam amanter
 osculatur* 17, 1. Nam quan-
 quam καταφιλῶν saepe idem
 valet quod φιλεῖν tamen sae-
 pe etiam ab eo ita distingui-
 tur, vt sit osculari oppido
 amanter, et sic, vt os tuum,
 vt labia tua, iuncta sint paul-
 lo diutius ori labiisque alte-
 rius. vid. Xenoph. Memorr.
 2, 6. 33. Neque aliter ac-
 cipiendum esse apud Theo-
 phrastum, ipsa natura et le-

vitas μεμψιμοιρίας indicare
 videtur.

Καταφρόνησις δόξης *Con-
 temtio existimationis* 9, 1. *
 καταφρόνησις — τῶν ἄλλων
Contemptio — ceterorum 24, 1.

Καταχεῖν ἔλαιον ἐκ τῆς
 ληνύθξ τῶν λιπαρῶν λίθων
*Fundit oleum e lecytho in la-
 pides unctos* 16, 2. * δεινὸς
 — βάψας ἀρύταιναν — ἀν-
 τὸς αὐτῆ καταχέασαι *Solet
 — haurire trulla aquam —
 seque ipse ea perfundere* 9, 3.

Κατενέγκειν εἰς τίνα τρό-
 πον κατενήνεκται *Quales sint
 eius mores: quibus moribus,
 quo ingenio, sit praeditus
 prooem.* 4. * ἀπ' αὐτῆ ἀρζα-
 μένης πάντας, ἐπὶ τὸ ὄνομα
 αὐτῆ κατενεχθῆναι *Ab Rege
 orsi omnium sermones in nomine
 Regis desierunt* 2. 1. Nam
 manifestum est, κατενεχθῆναι
 referri ad ἀρζαμένους. * πάλα
 σὲ παρετήρησεν εἰ ἐπὶ τὸ αὐτὸ
 ἔμοι κατανεχθῆσῃ *Dudum ex-
 spectabam, an futurum esset,
 ut tua in eandem mecum rem
 incideret oratio* 7, 2.

Κατέχειν *Scire: tenere* 26,
 1. * ὡς δὴ ἔδυναμέμενος κα-
 τασχεῖν τὸν γέλωτα *Quasi non
 possit tenere risum* 2, 3.

Κατηγορεῖν τῆ γυναικείῃ
 γένει *Inuehitur in femininum
 sexum* 12, 2.

H 2

Κατη-

Κατηγορίαν παρεμβαλεῖν κατὰ τῶν πληθῶν *Inuehitur in multitudinem* 7, 4.

Κάτω ὡς ἐπέβρορον πιῶν, ἔνω καὶ κάτω κατάρθει *Se helleborum bibisse, qui vomitiones excitauerit et alium mouerit* 20, 2. * κάτω κεκυφώς *Oculos deiiciens: caput demittens* 24, 2. Opponitur haec formula verbo ἀνακύπτειν c. 11, 1.

Καυματίζεσθαι *Febri ardente laborare, aut omnino aestu laborare* 13, 2.

Κείρεσθαι ἐν χρῶϊ κερόμενοι *Ad cutum s. cute tenuis tonsi* 10, 4. Quales homines etiam κερία ἐν χρῶϊ dicti sunt. Solebant autem non tantum μικρολόγοι id facere, sed etiam alii, vel sanitatis ergo, ut athletae, vel singularis seueritatis ostentandae causa, ut philosophi, et in his maxime Stoici. Et Celsus tonderi ad cutem iubet in diurna pituita. * μέσην κερὰν κεκαρμένον *Medias comas tonsus* 26, 2. Μέση κερὰ est quum quis comam non sinit promissam dependere, neque tamen se tonderi iubet usque ad cutem. Videtur autem μέση κερὰ Athenis fuisse diuitum hominum, nobilium, potentum.

Κεῖσθαι τῆς Ἑλλάδος ὑπὸ τὸν αὐτὸν αἴερα κειμένης *Quum Graecia s. Athenae eidem caelo, eidem tractui caeli, subiectae sint prooem.* 1.

Κελεύειν *Iubere: curare: monere: sequente infinitiuo* 2, 3. 5, 2. 9, 3. 11, 2. 12, 1. 15, 2. 16, 4. 18, 3. 23, 3. 24, 2. * ὅταν αὐτὸν — κελεύη, λέγοντα τὰυτα *Quum eum compellant s. hortantur his verbis s. ita* 7, 5.

Κεράννυμι πλείω ἐπαναγκάσαι τὸν παῖδα κεράσαι ἢ ὅσα δύνανται οἱ παρόντες ἐκπιεῖν *Cogit puerum miscere et temperare plus quam quod possint conuiuiae ebibere* 23, 2. * οἶνοπωλῶν, κεκραμένον τὸν οἶνον τῷ Φίλῳ ἀποδόσθαι *Quum vinum vendit, vendit etiam amico dilutum s. aqua mistum* 11, 3.

Κέρδος αἰσχρὸν ἐνεκα κέρδους *Turpis lucri causa* 9, 1. * Sed 26, 1. ἰσχυρὸν κέρδους corruptum est. vide notam.

Κεφάλαιον ποιεῖν *Summam facere* 14, 1. 24, 3. * τὸ κεφάλαιον *Omnino: denique* 2, 5.

Κεφαλή *Caput* 2, 2. 16, 4. 27, 2.

Κηλίδων μεσὸν ἱμάτιον *Pallium maculis plenum* 19, 2.

Κῆ-

Κῆπος *Hortus* 10, 2.

Κηρύτταν *Praeconem esse* 6, 2. Fuerunt quatuor praecorum genera. vid. Pollux 8, 103. Quartum eorum genus, τὰς κατ' ἀγορὰν τὰ ὄνια προκηρύττοντας. vocat Pollux, infame ponebatur minusque honestum apud veteres. Certe idem Pollux 6, 128. in nominibus βίων ἐπονειδίσων habet — ποροβοσκός — πανδοκεύς — κῆρυξ. De praecoribus eorumque apud Graecos maxime officiis extat dissertatio Schereri, Argentorati a. 1745 quaternis.

Κιβωτός *Arca* 10, 2. 18, 2. Differt a κίση ita. Κιβωτοὶ erant lignae, fere tiliaceae, sed κίση vimineae.

Κινδυνεύειν ὡς κινδυνεύσας ἐέσωκε τὸν φίλον *Quanto cum vitae periculo ipse seruauerit amicum* 25, 5.

Κίων *Columna* 3, 2.

Κλάδος Μελιτᾶτος *Soboles Melitaea* 21, 2. vbi vide notam.

Κλείς *Clavis* 10, 4.

Κλείειν εἰ κέκλεικε τὴν κιβωτὸν *An clauserit arcam vestiariam s. vestiarium* 18, 2.

Κλίνη μεταφέρειν — τὰς κλῖνας *Loco mouet lectos* 10, 2. Puto autem cum cel. Fischero, ibi non tantum cubi-

culares lectos significari, sed etiam tricliniaries. Certe 22, 4. αἱ κλῖναι sunt lecti tricliniaries. id quod vel verbum ἐκκορῆσαι docet. * Sed 23, 4. pro ἐπὶ τὰς κλῖνας emendari, credo cum Fischero, debet ἐπὶ τὰς σκηναίς. Vid. infra σκηνή.

Κλοπή *Furtum* 6, 2.

Κλυδωνίς γενομένη *Quum mare fluctuat paullulum* 25, 1.

Κοιλίεχον 18, 2. potest dupliciter explicari. Nam videtur significari aut *follis*, *ventrale*, quod alio vocabulo appellatur κοιλιάδεσμος, quia follis alligatur, vel potius circumligatur, ventri: aut *arca pecuniaria*. nam vocabula rerum, quae, qua usum, eadem sunt, non raro permutantur inter se. Iam vero ventrali pecunia aequae continetur atque arca, et contra.

Κοινός κοινὸν εἶναι — τὸν Ἑρμῆν *Communem esse* — *Mercurium* 11, 4. Vid. supra Ἑρμῆς. * αἰτεῖν τοῖς αὐτῆ παισὶν ἐκ τῆ κοινῆ ὕψον *Petit suis pueris obsonia de iis quae apposuit* 11, 5. * ἵνα κοινὸς εἶναι δοκῆ *Vt communis esse videatur h. e. aequus, non cupidus, utriusque partis aequae studiosus* 5, 2.

H 3

Koi-

Κοίρανος εἰς ἔσω Imperium sit penes unum 26, 1. Nam κοίρανος etsi fere distinguitur a βασιλεῖ, ita ut sit ὁ πρὸς καιρὸν τὸ βασιλέως ἔργον ποιῶν tamen saepe idem est quod ὁ ἄρχων. Certe Hesychius nomen πολυκοιρανίη interpretatur per πολυαρχία.

Κολακεία Adulatio 2, 1.

Κολακέυειν Adulari 2, 1.

Κόλαξ Adulator 2, 1. 5.

Κόλπος Sinus 16, 4.

Κομίζειν ὡς αὐτὸς αὐτὸν τῆς αὐτῆς χερσὶν ἐπὶ τὴν σκη- νὴν ἐκόμισεν Se eum suis ma- nibus in tentorium retulisse 25, 5. * ὅσα λιθοκόλλητα πο- τήρια ἐκόμισε Quot gemmata potoria reportauerit secum 23, 1. Dictum est pro ἐκομίσατο. Saepe enim Actiua, etiam ab Atticis, ponuntur loco Me- diorum, ut ἀπαλλάττειν et alia. * κομίσαθαι παρ' Ἀρχίης τῆς τανρίχης Salsamenta ab Archia emta domum refert ipse 4, 4.

Κόνις παλαιστρικός Pulvis palaestricus 5, 4. Erat arena tenuissima, quae fere ex Ae- gypto aduehebatur. vid. Pli- nius H. N. 35, 13.

Κόπος καὶ τὰ παιδία ἐαυ- τῆ — καὶ εἰς κόπος ἐμβάλ- λειν. Et quum puerulos suos ludari et currere iubet, cogit eos id facere eum in

finem quoad adeo fatigentur 14, 3.

Κόπτειν μικρὰ τὰ κρέα κό- φας παραθεῖναι Carnes in mi- nutas particulas concisas ar- ponit 10, 3. * κόφαντος τὴν θύραν ὑπανῆσαι αὐτὸς Quum quis pulsat fores, respondet aperitque fores ipse 4, 3. vide ibi notata.

Κόραξ ἀπαγ' εἰς κόρακας Abi in malam rem 25, 4. Vid. supra ἀπάγειν et εἰς.

Κόρδαξ Cordax 6, 1. Fuit genus saltationis Comicae (vnde Theophrastus addit ἐν κωμικῷ χορῷ) obscenae et las- ciuae, h. e. praesultor ducti- tabat restim (hoc certe sunt qui colligant ex eo quod Ari- stophanes Nubb. 540 dicit κόρδαχ' εἴλκυσεν) et reliqui eum sequebantur tenentes manibus eandem restim, ita ut mouerent lumbos et iacta- rent, ut pudor oculorum of- fenderetur.

Κερά· μέσην κεράν κεκαρμέ- νος Tonsus comas medias 26, 2.

Κερεῖον Τονστρίνα 11, 3.

Κόφινος Cophinus: corbis 4, 3. Hesychius: κόφινος· μέτρον χωρῆν χοῆς τρεῖς.

Κράτισον ἄνδρα εἰπῶν Virum optimum appellans 5, 1.

Κράτος εἰσὶ δ' οἱ καὶ πό- λεις λόγῳ κατὰ κράτος αἰρῶν-

τες

αἱ παρδειπνήθησαν *Sunt etiam qui, quum oppida vi capta esse narrant, coena priuenter 8, 4. * potestas, imperium. nam 26, 1. Fischerus pro ἰσχυρῶς κέρδους legendum censet ἰσχυρῶς κράτους.*

Κραυγή *Clamor 25, 3.*

Κρέας *Caro 9, 1. 2. * κρέα Carnes 9, 1. 10, 3. 22, 1. 2.*

Κρεωπώλης *Lanius: carnarius 9, 2.*

Κρηπίδες *Crepidae 2, 4. Erant calceamenta quibus tegerentur plantarum calces infimae, ceteris prope nudis teretibusque habenis vinctis.*

Κριθαί *Hordea 9, 3.*

Κρίνα *Iudicare 7, 5. * τῶν πραγμάτων ἤδη κεκριμένων Re iam iudicata 12, 2.*

Κροκίδα ἀφελῆν ἀπὸ τῶν ἱματίων *Floccos legit de pallio 2, 2. Nam κροκίς (scribitur etiam κροκὺς) sunt flocci (Fasern).*

Κροτεῖν ἐν θεάτρῳ, ὅταν οἱ ἄλλοι πάνωνται *Plaudit in theatro, quum reliqui spectatores quiescunt 11, 1. Sed 19, 4 est κροτῆσαι ταῖς χερσί.*

Κρύπτεσθαι ὡς καὶ παρακῆκοι παρὰ τέτοις κρυπτόμενον τινα ἐν οἰκίᾳ *Se etiam clam sublegendo sermones aliorum cognouisse, latere in aedibus eorum aliquem 8, 3.*

Κτήσασθαι τίτυρον *Habet satyrum 5, 4.*

Κυβερνήτης τὰ τῶν κυβερνήτων εἰσώματα *Gubernatoris stragulae 22, 2. * τῶν κυβερνήτων ἀνακόπτοντος Gubernator quum inhibet nauem 25, 2.*

Κυβέειν *Aleatorem esse 6, 2.*

Κύζικος *Cyzicus 5, 3. vbi vide notam.*

Κυκεὼν *Vinum medicatum 4, 1. vbi vide notam.*

Κύλικες *Pocula: calices 10, 1.*

Κύμινον *Cuminum 10, 3. Vnde κυμινοπρίσσαι cumini spectatores dicti sunt homines parce parci, σμικρολόγοι.*

Κυνάριον *Catulus 21, 2.*

Κύπτειν κάτω κεκυφώς *Oculos deiiciens: caput demittens 24, 2.*

Κύων *Canis 4, 3. 14, 2. * Λακωνικὰ κύνες Laconici canes 5, 3. Laudantur a veteribus et ob sagacitatem et ob velocitatem, adeo vt venatores iis maxime delectarentur.*

Κωλύειν *Prohibere: impedire 7, 3. 5. 20, 1.*

Κωμάζειν *Comissatum ire 12, 1: vbi πρὸς τὴν ἐρωμένην κωμάζειν est ad fores amicae ebrius accedere noctu eamque prouocare ad saltandum etc.*

Κωμικὸς χορὸς *Comicus chorus 6, 2.*

H 4

Λ Λά.

Λ

Λάθρα *Clam* 1, 1.

Λακεδαιμόνιοι *Lacedaemonii* 7, 4.

Λακεδαίμων βακτηρία τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος *Baculi tortuosi Laconici* 5, 4.

Λακκαῖον ὕδωρ *Cisternina aqua* 20, 3.

Λακωνικαὶ κύνες *Laconici canes* 5, 3. Vid. supra κύων.

Λαλεῖν οἷος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς ἐθέλειν λαλεῖν, ἔμισεῖν *Adit inimicos, et loquitur cum illis, ita ut occultet et dissimulet odium* 1, 1. add. 2, 5. 20, 1. 24, 2. * μεγάλη τῆ φωνῆ λαλεῖν *Magna voce loquitur* 4, 1. * λαλεῖν τι ἡμῖν *Narra nobis aliquid* 7, 5. *Intell. ἐθέλει* qui Imperativus additur ab Homero II. β', 247. * τὸ λαλεῖν ὡς χρησιμὸν πρ *Loquacitas quam utilis est interdum! aut quam iuvat nonnunquam loqui!* 7, 2.

Λαλιά *Loquacitas: garrulitas* 7, 1.

Λάλος *Loquax: blatero: locutuleius: linguatca* 7, 1. 5. * ἔδ' εἰ τῶν χελιδόνων δόξειεν ἂν εἶναι λαλίερος *Nec si videatur esse garrulus magis quam hirundines* 7, 5. Sic ab Anacreonte *Odar*. 12, 2. hirundo vocatur λάλη, vt cornix

ab Ouidio *Amorr.* 3, 5. 22. *garrula.*

Λαμβάνειν διάπεραον *Experiuri: periculum facere: videre: an aegrotus velit et possit vinum bibere* 13, 3. * αὐτὸς ὅσα εἴληφε *Ipse quantum pecuniae inde fecerit* 23, 1. * οἱ εἴληφότες τι 19, 3. *dicuntur qui emunt aliquid ab aliquo.* add. 4, 3. * ἔπως ἂν ἡμᾶς ὕπνος λάβῃ *Vt oculis nostris somnus obrepat* 7, 5. *Contra* 25, 4. * ἔκ ἐάσεις τὸν ἀνδρωπον ὕπνυ λαβεῖν; *Non fines hominem somnum capere?* * καὶ εἰ μὲν λάβῃ, εὖ ἔχει *Quod si auferre possit, bene habet* 9, 2. add. 11, 5. * ὡς τύπω λαβεῖν 1, 1. et ὡς ὄρω λαβεῖν 9, 1. *Si quis describere velit.* * ὅτι τὴν σπάθην λαβεῖν — ἐπελάθετο. *Se spatham secum efferre — oblitum esse* 25, 3. * πληγὰς λαβεῖν *Verberari* 12, 3. * δάφνης εἰς τὸ σῶμα λαβῶν *Laurum manderis* 16, 1. * λαβῶν πάσας τὰς ψήφους *Si tulit in iudicio omnium calculos* 17, 2. * ἀπέσειλα πρὸς σὲ ληψόμενος *Misi ad te qui meo nomine acciperet* 24, 2. * λαβῶν redundare videtur 14, 2.

Λαμπρὸν ἱμάτιον *Candidum pallium* 21, 3.

Λαγ-

Λαυθάειν τὴν σιτοποιὸν
πειρῶν λαθεῖν *Cauet et videt,
ne conspiciatur deprehendatur-
que a pistrice* 4, 2.

Λάχανα *Olera* (*Küchen-
kräuter*) 20, 2, 22, 2.

Λέγειν *Dicere; ostendere;
narrare; differere* prooem. 4.
1, 3. 2, 1. 5. 3, 2. 7, 1. 5.
8, 2. 3. 10, 3. 14, 4. 15, 1.
2. 18, 3. 23, 1. 25; 2. 3. 28,
2. *Construitur et cum Dati-
vo personae simpliciter et
cum Praepositione πρὸς, se-
quente Accusatiuo. * τί λέ-
γεις; Quod habes quod mihi
narres? s. quid affers? 8, 1.
* ὅταν αὐτὸν ἤδη καθύδειν
βεβλόμενον κελεύη, λέγον-
τα ταῦτα, λαλεῖν τι ἡμῖν
Quum eum iam dormitantem
hortantur et compellant, Nur-
ra, inquiringes, nobis aliquid
7, 5. * κακῶς λέγειν Male di-
cere: obtrectare 1, 1. 28, 3.
4. * γράμματα — ὡς πάρεσι
παρ' Ἀντιπάτρου — λέγον-
τα — *Litteras* — *allatas esse
ab Antipatro, in quibus scri-
ptum sit* 23, 2. * μὴ λέγεταιί
τι καινότερον; *Num fertur
quid noui? 8, 1; et mox καὶ
μὴν ἀγαθὰ γέ ἐσι τὰ λεγόμε-
να; At laeta saltem et bona
sunt quae feruntur? Verba
ἐπιβαλῶν ἐρωτῶν ita distingi
iubent. * ἐπὶ τοῖς καθ' ἑαυτῶν**

λεγομένοις — πρῶως διαλέγε-
σαι *De maledictis quae in ip-
sum conferuntur, — aequo ore
loquitur* 1, 1.

Λειτουργεῖν ἑδὲ τὰς λειτουρ-
γίας ὅσας λελειτέρηκε *Neque
reliqua munera quibus functus
sit* 23, 4.

Λειτουργία *Munera, h. e.
negotia quae suscipiuntur,
sumtus qui fiunt, reip. caus-
sa* 23, 4.

Λέπρα *Leprosae*: genus sca-
biei depascentis cutem 19, 1.

Λεπτὸς *Gracilis*: macer:
male habitus 26, 3.

Λευκοὶ ὀδόντες *Candiduli
dentes* 5, 3.

Λέχος *Lectus puerperae*
16, 3.

Ληκύθια μικρὰ πόνυ *Am-
pullulae oppido s. male minutae*
10, 4.

Λήκυθοι *Vasa unguentaria
et olearia quibus utebantur
veteres vel in gymnasiis vel
in balneis. * ἐκ τῆς ληκύθου
ἔλαιον καταχεῖν E lecytho
oleum fundit* 16, 2. * Θυρια-
καὶ τῶν στρογγύλων λήκυθοι
Thyriacae lecythi rotundae
5, 4.

Λίαν λιπρὸν ἀργύριον *Nu-
mi argentei oppido tennes et le-
ves* 4, 3.

Λίθος *Lapis* 15, 2. 16,
1, 2.

H 5

Λιθο-

Λιθοκόλλητα ποτήρια *Gemmata potoria* 23, 2.

Λιπαροὶ λίθοι *Lapides unguini: lapides unguine delibuti* 16, 1.

Λογίζεσθαι *Imputare: expensum ferre* 10, 1. * λογισάμενος ταῖς ψήφοις *Quum computat rationem calculis* 14, 1. * λογιζόμενος πρὸς τινά *Quum rationes putat cum aliquo* 24, 2.

Λογοποιεῖν *Rumusculos vanos et falsos confingere, dissipare, famigerare* 8, 4. * ὁ λογοποιῶν *Famiger: famigerator* 8, 1. *Hesychius: λογοποιήσαντες· πλασάμενοι λόγους ψευδῆς. conf. ill. Harles in indice ad Anthol. gr. prof. h. v.*

Λογοποιία *Famigeratio* 8, 1.

Λογοποιὸς *Famiger: famigerator* 8, 1.

Λόγος· τρέφομαι δὲ ἤδη ἐπὶ τὸν λόγον *Sed conuertam me iam ad rem ipsam prooem.* 4. * πρῶτον μὲν ἔν ποιήσομαι τὸν λόγον *Faciam igitur initium: atque primo quidem dicam prooem.* 4. * προσποιήσις πράξεων καὶ λόγων *Simulatio dissimulatione in factis et in dictis* 1, 1: et προσποιήσις τις λόγων καὶ πράξεων μετ' ἐννόιας *Quum quis dicit aliquid et facit, modo ut amicus*

aliis videatur iisque fauere eē cupere 13, 1. * τὸ ὅλον δευὸς τῶ τοιάτῳ τρόπῳ τῆ λόγῳ χρῆσθαι *Omnino utitur vocibus his s. tali oratione* 1, 3. *Sic* 26, 2. δευὸς τοῖς τοιάτοις τῶν λόγων χρῆσθαι *Solet in ore habere huiusmodi voces: et ibid* 3. σοβεῖν τὰς τοιάτας λόγους *Incedens iactat voces has.* * ἐμπεσόντος λόγῳ τίς εἴη βέλτιστος *Exorta forte quaestione quis esset optimus* 2, 1. * διήγησις λόγων μακρῶν καὶ ἀπροβλεπτῶν *Usurpatio sermonum longorum et temerariorum* 3, 1. * ὑπομονὴ αἰσχυρῶν ἔργων καὶ λόγων *Quum quis sustinet turpia facere et dicere* 6, 1. * ἀκρασία τῆ λόγῳ *Intemperantia sermonis* 7, 1. * προσδιηγῆσθαι — ἔς ποτε λόγους αὐτὸς εἶπεν εὐδοκιμήσας ἐν τῶ δήμῳ *Refert etiam — quid ipse aliquando dixerit in concione, applaudente populo* 7, 4. * εἰσὶ δ' οἱ καὶ λόγῳ κατὰ κράτος πόλεις αἰρῶντες, παρεδειπνήθησαν *Sunt etiam qui, narrantes oppidavi capta esse, domicoenio afficiantur* 8, 4. * τὸν λόγον ἐπεντείνειν *Rumorem increbescere* 8, 2. * σύνθεσις ψευδῶν λόγων καὶ πράξεων *Confictio dictorum vanorum factorumque* 8, 1. * δοκῶ μοι σὲ ἐνωχίσειν
καί-

καινῶν λόγων *Videor mihi narrare tibi posse noua s. res novas* 8, 1. * αἱ ἀναφορὰὶ τῶν λόγων τοιαύται εἰσιν αὐτῶν *Remittit ad auctores eorum quae dicit, illos* 8, 2. * βραδυτῆς ψυχῆς ἐν λόγοις καὶ πράξεσιν *Tarditas animi in dictis et in factis* 14, 1. Ita 15, 1. ἀπήνεα ὁμιλίας ἐν λόγοις *Consuetudo morosa quae se ostendit in dictis s. in verbis: et* 28, 1. ἀγὼν τῆς ψυχῆς εἰς τὸ χεῖρον ἐν λόγοις *Quum animus studet in sermonibus malus esse, h. e. quum quis studiose et vnice hoc agit, vt detrectet alios et de iis male loquatur. * ἐγκαλεῖν τῷ γράφαντι τὸν λόγον Accusat, vituperat, auctorem orationis* 17, 3. * γράψαι αὐτῷ [1. αὐτὸ] εἰς λόγον *Referre in rationes* 24, 3.

Λοιδορεῖσθαι κακῶς ἀκῆσαι καὶ λοιδορηθῆναι δυνάμενος *Non commouetur, quod male audiat et conuiciis proscindatur* 6, 1. Sed 6, 3. λοιδορευμένων ita accipi debet, vt περίστατοι dicantur ipsam turbam circumstantem, certe partem eius, conuiciis proscindere. nam hoc faciunt praestigiatores aliique istius generis homines, vt oblectent scilicet turbam spectatoresque plures pelliciant.

Λοιδορία τὸ σῶμα ἐυλυτον ἔχοντες πρὸς λοιδορίαν *Os promptum habentes et paratum ad iacienda conuicia* 6, 5.

Λοιποὶ *Reliqui* 11, 1.

Λοπαὶς *Patina* 10, 2.

Λέσσαι τῷ ψυχρῷ *Lauare se frigida* 28, 3. * κατὰ κέφαλῆς λέσσαι *Caput sibi lauat* 16, 4. * ἔτι λέλεται *Se lauisse* 9, 3.

Λύκων *Lycos: nomen mancipis* 8, 2.

Λυπεῖν ἐπίτευξις λυπεῖσαι τὸς ἐντυγχάνοντας *Consuetudo molesta iis quibuscum congregiari et versare* 12, 1.

Λύπη *Molestia* 19, 1. 20, 1.

Λυπρὸν ἀργύριον *Tenne et leue argentum* 4, 3. Λυπρὸν enim dicitur quicquid in suo genere vile est et tenue.

Λυσιτελεῖν *Prodesse: utilem esse* 10, 2.

Λύχνος *Lucerna* 18, 2.

M

Μαγειρεῖα *Popinae: loca publica vbi obsonia cocta venduntur* 6, 4.

Μαγειρεύειν *Coquum, popam, esse* 6, 2.

Μαίνεσθαι *Furere: furiosum esse* 16, 4.

Με.

Μακεδονία Macedonia: regio Graeciae inter Thraciam et Theffaliam 8, 3. 23, 2.

Μακρὸς ἀνδριάς Magna statua 27, 2. * λόγοι μακροὶ Sermones longi 3, 1. * μακρὰ ὁδὸς Longinquum iter 12, 2.

Μαλακιδῆναι Languere e via 1, 2.

Μαλακῶς ὡς μαλακῶς ἔδεις Lautos vero cibos! quam laute acciperis! 2, 4.

Μᾶλλον Magis: potius 1, 5. 25, 4. * μάλιστα μὲν Fere: sequentibus particulis ἀδὲ μὴ 9, 2: et simpliciter 18, 3: ubi vide notam.

Μανθάνειν ῥήσεις Ediscit locos e poetis 27, 1. * παρὰ τῷ υἱῷ μανθάνειν ἐπὶ τὸ δορὺ A filio discere quomodo fiat conversio ad dextram 27, 1. add. ibid. 2. * μεμαθηκότες Qui cognoverunt rem 12, 2. * καὶ ἂν ἀκήσῃ αὐτῷ, μαθήσεται Quod, si velit ipsum audire, cognoscere possit 7, 1.

Μάντις Vates 16, 3.

Μαρτυρεῖν Testari: testimonium dicere 12, 1.

Μάρτυρες Testes 14, 2. 18, 2.

Μασσᾶσαι Mandere 20, 1: ubi μασσώμενον σιτίζεν est Cibum commansum indere infanti in os.

Μασιγίας proprie verbero, verberosus, μασιζόμενος, ut interpretatur Hesychius: sed 28, 2. κακὸς μασιγίας est homo pessimus, homo nullius frugis.

Μασιγῆσαι Flagellari: flagellis caedi 12, 3.

Μασχάλαι Alae 19, 2. Est vocabulum Atticum, pro quo reliqui Graeci dicunt μάλα. qua forma Attici vtuntur in sola formula ὑπὸ μάλης.

Μάχεσαι τοῖς πολεμίοις Pugnare cum hostibus 25, 4. * obiurgare: increpare: exprobulare 6, 2. 14, 2. 23, 5. * νικᾶν 13, 2.

Μάχη Pugna 7, 4. 8, 1. 2. 25, 5.

Μέγας ἔχων τὰς ὄνυχας μεγάλης Habens ungues longos 19, 1. * μεγάλη τῆ φωνῆ λαλεῖν Magna voce loquitur 4, 1. add. 6, 3. 5. * ἤττασαι μεγάλην δίκην Amisisse magnam causam 11, 2. * σέματα μεγάλα Corona magnae 21, 2. * Comparat. ἐπιθεῖναι μᾶζον φορτίον Imponit maius onus 11, 4. * μείζω τῷ ποδὸς τὰ ὑποδήματα Male laxi calcei 4, 1. * Superlat. μέγιστη δὰς Maxima fax 3, 2. * τὰ μέγιστα Res maximae 4, 1.

Με-

Μεθύσκεσαι *Vino se obruere* 11, 3. Hesychius: μεθύσκομαι πληρέμας. intell. οἴνω.

Μεθύειν *Ebrium esse* 12, 4. confer omnino notata ad h. l.

Μεδιῶν *Renidere* 8, 1.

Μέλας ὀδόντες μέλανες *Dentes nigri* 19, 2. * μέλαινα θρίξ *Nigra comma* 2, 2. *

ζωμῆ τῆ παρακειμένη — μελαντέρα ἢ χολῆ *Iusculo appofito* — magis atrabilis 20, 2.

Μελετᾶν *Se exercere equitando* 27, 2.

Μέλι Ἑμήττιον *Mel Hymettium* 5, 3.

Μελιταῖος κλάδος *Melitaea soboles*, h. e. *catulus Melitaeus* 21, 2. Ab Luciano de merc. cond. 34 vocantur Μελιταῖα simpliciter: e quo loco quum appareat, quales fuerint isti canes, eum placuit totum apponere: τὸ δὲ πρῶγμα παγγέλοιον ἦν, κυνίδιον ἐκ τῆ ἰματίς προκύπτον μικρὸν ὑπὸ τὸν πώγωνα, καὶ κατὰρῆσαν ποδάκις, καὶ βαύζον λεπτῇ τῇ φωνῇ (τοιᾶντα γὰρ τὰ Μελιταῖα) καὶ τὸ γέναιον τῆ φιλοσόφου (sermo est de Thesmopoli Stoico) περιλιχμώμενον. Ceterum certum est, catulos hosce ita dictos esse a patria; quae tamen vtrum fuerit Melite, in-

sula maris Adriatici, inter Dalmatiam et Italiam; an Melite, insula maris Africi, intor Siciliam et Africam, incertum habetur.

Μέλλειν iunctum est hoc in libello Praesenti Infinitivi, ita vt verti possit per *velle in animo habere*, vel per Futurum, quod vocant, periphrasticum. vid. 7, 1. 11, 3. 13, 2. 4. 14, 1. 20, 1. 23, 5.

Μεμφιμοιρία *Querela* 17, 1. Quod tamen Latinum vocabulum non omnino exhaurit vim Graeci. Significatur enim a Theophrasto istud vitium quum quis non contentus forte sua, eam deplorat temere et accusat; quum quis etiam in secundis rebus quaerit et inuenire videtur, cur accusare possit iniquitatem fortunae.

Μεμφίμοιρος *Querulus* 17, 1.

Μέν fere ita positum est, etiam in hoc libello, vt ei respondeat δέ, neque tamen vbique. Latine fere nequit reddi. vid. prooem. 1. 4. 3. 1. 3. 4, 1. 2. 5, 3. 9, 1. 3. 9, 1. 2. 11, 3. 18, 3. 21, 2. 28, 1.

Μένειν ἔνδον *Se tenere domi* 22, 2.

Με-

Mepis Pars ferculi: pars de coena 17, 1.

Meros: τοῖς δὲ μέρος τῆς πράγματος Aliis partem rei narrat 6, 3. * μὴ δὲ τὸ μέρος *Quum ipse pro se nihil solverit* 9, 2. scil. *Ἰωρικήον ἀργύριον*. Sic enim pecunia dicebatur quae pro singulis locis in theatro soluebatur, erant tum bini oboli, qui civibus inopibus ex aerario dabantur. * μέρος τῆς ἀγορῆς *Pars fori* 8, 5. * τὸ μέρος *Pars virilis* 11, 4. Solebant enim legatis dari munera ab eo ad quem missi erant, ita ut legati ea diuiderent inter se.

Μεσοπορεύειν In medio mari esse: medium cursum tenere 25, 2.

Μέσος: ἐκ τῆς μέσης ἀπελθεῖν E medio, h. e. concione, abire 22, 1. * τὸ μέσον τῆς ἡμέρας 10, 4. et μέσον τῆς ἡμέρας 26, 2. *Meridie: medio die.* * μέσην κερὰν κεκαρμένους *Medias comas tonsus* 26, 2. Vid. supra *κεῖρεσθαι*.

Μεσός: πολιῶν ἔσχηκας τὸν πάγωνα μεσὸν Canis habes barbam plenam 2, 2. * ἱμάτιον κηλίδων μεσὸν *Pallium maculis plenum* 19, 2.

Μετὰ: 1) cum Genitiuo. ut ἀλέσσαι μετ' αὐτῆς Molit enim ea 4, 2. add. 16, 3. 21,

2. * ἢ προσποιήσας τις λόγων καὶ πράξεων μετ' εὐνοίας *Quum quis dicit aliquid et facit, ut videatur esse amicus aliis iisque fauere et cupere* 13, 1. * μετὰ μαρτύρων *Adhibitis testibus* 18, 2. ὡς μετ' Ἀλεξάνδρου ἐστρατεύσατο *Se sub Alexandro militasse* 23, 1. 2) *Cum Accusatiuo. ut μετὰ τὴν αὐριον In perendinum diem* 13, 2. Possit etiam, saluo linguae ingenio, reddi *in crastinum diem: ni natura περιεργίας aliud suadere videretur.*

Μεταβάλλεσθαι τὰ ἱμάτια χρῆσθαι Commutat pallia bona h. e. nondum detrita 5, 3. * πρόσωπα μεταβεβληκότα *Vultus mutati* 8, 2.

Μεταδόναι κελῦσσαι καὶ αὐτῷ Dare sibi quoque hunc iubet eorum partem aliquam 9, 3.

Μεταξὺ Interea 6, 3. 7, 1. * *dum loquitur: dum garrit* 7, 2. 4.

Μεταστραφῆναι Oculos remouere corpusque totum auertere: oculos vultumque auertere 11, 1.

Μεταφέρειν τὰ σκέυη Locomouet vasa 10, 2.

Μέτρον Φειδώνιον Mensura Phidonia 11, 5. vbi vide notam.

Μὴ Non 1, 2. 4. 3, 1. 3. etc. * *ne, vel simpliciter, sequen-*

quente Imperatiuo 15, 1: sequente Coniunctiuo 1, 4. 7, 1. 18, 3: vel additis particulis ὅπως et ἵνα 10, 4. 11, 5. prooem. 3. 13, 3. 18, 2. 24, 3. * *num:* *an* 2, 4. 8, 1. * *μη̄ μόνον Non solum* 5, 2.

Μηδὲ Nec: *ne quidem* 7, 2. 23, 2.

Μηδεὶς, μηδεμία, μηδὲν, Nullus, a, um 1, 2. 5, 3. 6, 2. 10, 3. 18, 2. 26, 1. Scribitur etiam *μηδεὶς* — *μηδὲν*. quam formam recepimus 10, 3. Vid. infra *ἔδσις*.

Μηδέπω Nondum: *necdum* 12, 4.

Μῆλα Fetus arbuti edules, exceptis nucibus et baccis 11, 2. Nam distinguuntur ibi ab *καρύοις* et *ἀκροδρύοις*. * *mala* 2, 3. Vbi iis iunguntur *ἄπιαι*.

Μῆν· καὶ μὴν At 1, 3. 8, 1. * *quin etiam* 2, 5. 24, 3.

Μῆν Mensis: ἐν τῷ μηνὶ 10, 1. et κατὰ μῆνα 16, 3. *Singulis mensibus.*

Μῆτε — μήτε — Neque — neque — 3, 3. 10, 3.

Μήτηρ Mater 6, 2. 13, 2. 3. 19, 3. 28, 2. * ἡ μήτηρ τῶν θεῶν *Mater deum*, h. e. *Rhea*, s. *Tellus* 21, 3. Eius templum Athenis fuisse, Pausania docet Meursius *Athen. Att.* 1, 10.

Μικρολογία Sordida parsimonia: *parca parsimonia:* *angustiae* 10, 1.

Μικρολόγος Sordide parcus: *parce parcus* 10, 1. 4.

Μικρός· μικρῶ πρίασμα Paruo emisse 10, 1. * *μικρὸν προπέμπειν Pallulum prosequi* 5, 1. * λέγων ὅτι τὰ μικρὰ ταῦτα πολλαῖ ἐστὶ τῷ ἐνιαυτῷ *Quod haec quamuis parua, magnam tamen efficiant summam per annum* 10, 3. * *λήκυθια μικρὰ πάνυ Lecythi male paruae* 10, 4. * *ἐλάττω τῶν μικρῶν τὰ ἱμάτια Pallia male parua* s. *male breuia* 10, 4. * *μικρὰ τὰ κρέα κόπτειν Carnes concidere in minutas particulas* 10, 3.

Μικροφιλοτιμία Studium s. aucupium honoris et gloriae e rebus paruis atque friuolis: *studium honoris ineptum* 21, 1.

Μικροφιλότιμος Honoris inepte studiosus: *qui aucupatur honorem et gloriam e rebus paruis atque friuolis* 21, 1.

Μισεῖν· μεμίσηκα Odi 28, 2. * *ἔμισεῖν Occultare, dissimulare, odium* 1. 1. Vid. supra *λαλεῖν*.

Μισητὸς Odiosus 26, 3.

Μιδῶς· ἐν μιδῶ τὴν οἰκίαν οἰκεῖν Conduclitiam domum habere 23, 4.

Μι-

Μιθῆσαι ἀνλητρίδας μι-
θῆσαι Tibicinas conducere 11,
2. add. 22, 2. 3. * μεμιθω-
μένοι Mercede conducti 24, 2.

Μιθωτοὶ Mercenarii 4, 2.

Μνᾶ ἀργυρία Mina argenti
21, 2 * χρέος τριάκοντα
μνῶν Debitum triginta mina-
rum 11, 5. Mina attica con-
stitit drachmis centum.

Μνᾶσαι μεμνήσαι Memi-
nisse 1, 2. 24, 1: vbi tamen
est non tantum meminisse, sed
etiam commemorare.

Μνῆμα Monumentum: se-
pulcrum 14, 3. 16, 2. 21, 2.

Μόλις Vix: aegre 18, 2.

Μόνος Solus 8, 3. 14, 2.
19, 4. * μόνον Tantum 26, 1.
* μὴ μόνον 5, 2. et ἔ μόνον
8, 4. Non solum.

Μοχλὸς Obex, fera 18, 2.
Non pessulus. Nimirum apud
veteres primo lignum fere
ferratum et simile vesti oppo-
nebatur foribus, quod eas
non sineret aperiri. dicebatur
Graece μοχλὸς, Latine obex:
fera. Sed deinde per μοχ-
λὸν immittebatur ferrum bre-
ve, quod obicem affigeret
postibus prohiberetque, ne
posset amoueri. vocabatur a
Graecis βάλανος, a Latinis
pessulus. Itaque verba ἀπίσκα,
εἰ ὁ μοχλὸς εἰς τὴν θύραν τὴν
αὐλείαν ἐμβεβληται mihi cum

cel. Fischero reddenda esse vi-
dentur: an fores vestibuli clau-
sae sint obice.

Μυῖσαι Initiari: sacris
dei alicuius imbui 25, 1.

Μύσας Muscae 25, 4.

Μύρον Unguentum 4, 1.

Μυροπώλιον Taberna un-
guentaria 11, 3.

Μῦς Mus 16, 2.

Μυστηρία Mysteria 3, 2. 3.

N

Ναυμαχία Pugna navalis
8, 4.

Νεκρός ἐπὶ νεκρὸν ἐλθεῖν
Ad cadaver accedere 16, 2.
* πόσος οἷα ἐξενηνέχθαι νε-
κρὸς Quot putas elatos esse mor-
tuos 14, 2.

Νεότης proprie pulli:
deinde ita vocantur liberi 2,
3: ita tamen vt Diminuti-
vum ibi non tam aetatem te-
neram respiciat, quam blan-
ditias potius Adulatoris au-
geat. Fere vt nostr. Hühnchen,
Täubchen.

εἰς Νέωτα Anno insequente:
anno proximo 3, 2.

Νήφειν Sobrium esse 6, 1.

Νικᾶν πεζομαχίαι καὶ ναυ-
μαχίαι νικῶντες Quum narrant
victorias terrestres et navales
8, 4. Eleganter enim fecisse
aliquis dicitur ipse id, quod
narrat ab aliis factum esse.
* ὡς — ὁ βασιλεὺς μάχη γε-
νίκηκε

νίκηκε *Regem victorem e pugna discessisse* 8, 2. * νικήσας *τραγωδοῖς Quum victor discessit e certamine tragico* 22, 1. * νίκην νικήσας *Quum victor discessit e iudicio* 17, 2.

Νίκη *Victoria: de victoria in iudicio* 17, 2.

Νομίζεν *Putare* 14, 4.

Νεμηνία *Novilunium* 4, 4.

Νῦν οἱ νῦν ἄνθρωποι *Huius aetatis homines* 3, 2.

Νύξ· τῆς νυκτὸς *Noctu* 3, 1. 4, 3. 14, 2.

Νυσάζει *Dormitare* 7, 4.

Ξ

Ξενίζεν *Hospitio excipere: hospites habere domi* 20, 3.

Ξένια *Munera: quae dabantur legatis ab eo ad quem missi erant* 11, 4. Vid. supra vocab. μέρος.

Ξενοδοχία· διὰ τὸ ἐλάττω εἶναι πρὸς τὰς ξενοδοχίας *Quod sit angustior ad hospites excipiendos* 23, 4.

Ξένοι *Peregrini* 3, 2. 23, 1. 26, 4: vbi opponuntur τοῖς πολίταις. Idem fit 5, 2: vbi τὰς ξένας εἰπεῖν ὡς δικαιότερα λέγσει τῶν πολιτῶν dictum est pro εἰπεῖν ὡς οἱ ξένοι —. * *hospites* 5, 3. 9, 2. Erant enim hospites vel pri-

vati, vel publici. hos Athenis fere ciues opulenti excipere suisque sumtibus alere debebant. nam etiam ξενοδοχία erat in λειτουργίαις.

Ξυλίνη ταινία *Lignea tαινία* 22, 1.

Ξύλα *Ligna: materies* 23, 2. Intelligitur materies apta et idonea ad fabricandas naves, quod genus abies, pinus etc. Liu. 45, 29 et epit. 47 vocat *navalem materiam*.

Ο

Ὅ, ἢ, τό· οἱ μὲν — οἱ δὲ — οἱ δὲ *Alii — alii — alii* 6, 3. add. ibid. 4. 5, 2. 8, 4: vbi est οἱ μὲν — οἱ δὲ — εἰσὶ δ' οἱ —. * fere certam rem, certam personam, indicat, vt 8, 1. 25, 4 etc. * Facit saepe periphrasin. vt τὰ ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας *In concione s. publice acta et decreta* 4, 2: τὰ ἀπὸ τῆς τραπέζης *Fercula: 2, 4: τὰ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς Obsonia et utensilia* ibid. οἱ ἐν τῇ πόλει 2, 1. 5, 3: 8, 3. sunt qui in urbe commorantur et habitant h. e. non tantum πολῖται, sed etiam ξένοι. 3, 2 τὰ ἐν τῇ γῆ *Sata* 8, 2 οἱ ἐν τοῖς πράγμασιν *Magistratus* 23, 2 οἱ τεχνῖται οἱ ἐν τῇ Ἀσίᾳ — οἱ ἐν τῇ Ἐηρώπῃ *Vascularii Asiatici* —

Europaei. add. 9, 3. Sic 7, 2
οἱ καὶ ἕνα *Singuli* vt 3, 1
τὰ καὶ ἕκαστα *Singula* 8, 3
τὸ τῆς τύχης *Potestas et im-*
perium fortunae: alii acci-
piunt de *leuitate, inconstan-*
tia, crudelitate, impotentia
fortunae. per se non male.
Sed sequentia verba videntur
magis confirmare alteram in-
terpretationem. 25, 2 τὰ τῷ
θεῷ *Caelum:* aut *mare.* * τὸ
ἐκ τῆς πόλεως ἐφόδιον *Viati-*
cum publicum 11, 3. * τὰ
κατ' ἀγροῦς *Διονύσια Dionysia*
rustica 3, 3. Nonnunquam
Neutrum additur *Infinitiuis,*
ad exprimenda vel nomina
vel *Gerundia.* vt τὸ προσι-
μιάζεσθαι *Praefatio prooem.*
4: τὸ ζῆν *Vita* 3, 2: ἐν τῷ
περιπατεῖν *Inter ambulandum*
24, 1. add. 23, 5 διὰ τὸ
ἐλάττω εἶναι *Quod angustior*
fit. * τὰ pro *τινος,* 4, 3. * τὰ
δὲ δὴ τοιαῦτα *Etiam haec sunt*
eiusdem generis: quo perti-
nent etiam haec 11, 5.

Ὅδε· περὶ τῆδε *De ista re*
8, 1.

Ὅδος *Via* 4, 4. 16, 1. 17,
2. 18, 2. 22, 2. 23, 2. 24,
1. 2. * iter 12, 1. ὁδοὶ *Vide*
4, 2. 11, 4.

Ὅδῶς· ὀδόντες λευκοὶ *Den-*
tes candiduli 5, 3. * ὀδόν-

τες μέλανες καὶ ἐδίόμενοι
Dentes nigri et exesi 19, 2.

Ὄζειν *Olere* 4, 1.

Οἴκαδε *Domum* 21, 2. 4,
22, 2.

Οἰκεῖοι *Necessarii:* fami-
liares 4, 1. 20, 2. 28, 3. Pri-
mo vltimoque loco conian-
guntur cum φίλοις.

Οἰκέτης *Seruus* 10, 2. 12,
3. * οἰκέτοιο *Serui* 4, 1.
11, 4.

Οἰκεῖν *Habitare* 6, 2. 23,
5. 26, 5: vbi verba δὲ αὐ-
τῶν καὶ μετὰ τὴν πόλιν οἰκεῖν;
verte *Eos vero et me oporteat*
urbem incolere? Constructur
vbique cum *Accusatiuo.*

ἐκ Οἰκητέον ἐσὶ τὴν πόλιν
Non est quod me cogat habita-
re in urbe: possum hinc mi-
grare alio 26, 2.

Οἰκία *Domus* 2, 5. 4, 3.
6, 2. 7, 3. 8, 3. 9, 3. 10, 1.
16, 1. 2. 20, 3. 22, 3. 23, 5.

Οἴκοι *Domi* 11, 3.

Οἰκονομία· ὅν τρόπον οἰκο-
νομία χρῶνται. *Quomodo vir-*
tutes quisque vitiaue ostendat
et proferat prooem. 2. Ni-
mirum οἰκονομία saepe signi-
ficat simpliciter *administra-*
tionem, dispensationem, mo-
derationem, exercitationem:
vt οἰκονομεῖν non raro valet
moderari, regere. Sic Xe-
noph. *Memorr.* 4, 3. 13 de
deo

deo mundum moderante, τό-
δε οἰκονομῶν. Et illo qui-
dem Theophrasti loco con-
textus satis docet intelligi
*exercitationem virtutum et vi-
tiorum.* Iam οἰκονομία χρῆ-
σαι idem est quod οἰκονομεῖν.
Itaque οἰκονομία χρῆσαι apud
Theophrastum apparet esse
*ostendere, proferre, virtutes
vel vitia.* Oratio enim sic
cohaeret. Theophrastus ait,
se velle exponere de singulis
virtutibus et vitiis, et qui-
dem ita, vt primo vim et
naturam virtutis cuiusque ac
vitii declaret: deinde etiam
ostendat, quibus modis, qua
ratione, virtus quaeque et vi-
tium declaretur et prodatur.

Οἰνόσιτος Mercenarius qui
se ipse alit, qui suo ministrat
cibo 22, 1.

Οἰνόριον Villum 17, 1.

Οἰνοπωλεῖν Vinum vendere
11, 3.

Οἶνος Vinum 2, 4. 11, 3.
13, 2.

Οἰνοχόος Pocillator: puer
qui pocula temperat et mini-
strat 19, 4.

Οἶομαι Puto 14, 4. 8, 3:
Verba πῶς οἶεθε videntur ἐν
παρενθέσει posita, sicut for-
mula πῶς δοκῆς; apud Ari-
stoph. Plut. 742: vbi vid.
Berglerus, etiam ad v. 879.

Οἶος positum occurrit hoc
in libello, vel simpliciter, vt
10, 2. vel praemissis Prono-
minibus τοῖς τίς, vt 1, 1.
2, 1. 4, 1. 5, 1. 6, 1. 7, 1.
8, 1. 10, 1. 12, 1. 13, 1. 14,
1. 15, 1. 16, 1. 18, 1. 19, 1.
20, 1. 21, 1. 22, 1. 23, 1.
25, 1. 27, 1: item verbis
τοῖς δέ τίς, vt 17, 1. 24, 1:
et, addito Verbo Substanti-
vo, τοῖς δέ τίς ἐσίν, vt 28,
1. Sed 3, 1 est τοῖς τίς ἐσίν
οἶος. et 9, 1. 11, 1. 26, 1
τοῖς τίς οἶος. Vbiq̄ue Prono-
men istud sequitur Infiniti-
vus, ita vt οἶος reddi possit
qui solet: sed potest in ver-
tendis formulis illis etiam
Praesens absolute adhiberi. v.
c. 1, 1 ὁ δὲ εἰρων τοῖς τίς
οἶος προσελθὼν τοῖς ἐχθροῖς
ἐθέλειν λαλεῖν, & μισεῖν Iron
conuenit inimicos colloquitur-
que cum iis, dissimulans odium
10, 2 οἶος μεταφέρειν τὰ
σκέυη Loco mouet vasa.

Ὀλιγαρχία Oligarchia:
quum ciues pauci, non vir-
tute praestantes ceteris ve-
rum nobilitate generis di-
vitiisque excellentes, hoc
agunt, vt arripiant impe-
rium ciuitatis, ea inuita,
fuisque rationibus, non ci-
uium saluti, consulant 26,
1.

I 2

Ὀλι-

²Ὀλιγαρχικός *Oligarchicus*: qui, praestans generis nobilitate et diuitiis, non virtute, affectat, cum aliis paucis sui similibus, imperium ciuitatis 26, 1.

τὸ Ὀλον *Omnino* 1, 3. 10, 4. intell. κατὰ.

³Ὀμηρος *Homerus* 26, 1.

⁴Ὀμιλεῖν *Versari* prooem. 2. 3. Declaratur eo fere affidua et familiaris consuetudo, Constructitur cum tertio Casu, et posteriori loco iunctum sibi habet verbum συνῆνοι.

⁵Ὀμιλία *Consuetudo* 2, 1. 15, 1.

⁶Ὀμνῦναι μέλλων — ὅτι καὶ πρότερον πολλάκις ὀμώμοκα *Iuraturus* — se etiam antea saepe iurasse 13, 3. Ostendere vult περιέργος, se iam multis profuisse iureiurando. * ὀμῶσαι ταχὺ *Iurare facile et temere* 6, 1.

⁷Ὀμοιος· τὴν εἰκόνα ὁμοίαν εἶναι *Imaginem esse similem* 2, 5. * ἢ δὲ πονηρία εἰδὲν ὁμοιον *Improbilas eiusdem nil habet simile*, h. e. *summa, singularis, est* 28, 2. * καὶ εἰσιόντα, φῆσαι σύκῃ ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ *Qui [liberi] ubi accesserint, eos ait adeo similes esse parenti: ut ficus familiarior esse fico non possit* 5, 2.

Est enim forma loquendi contracta, pro ὁμοιότερα εἶναι τῷ πατρὶ ἢ σύκῃ σύκῳ. Cf. infra σύκον.

⁸Ὀμοίως *Eodem modo* prooem. 1.

⁹Ὀμολογεῖν· μηδὲν ὧν πράττει ὁμολογήσαι *Nihil eorum quae agit, prodit et profiteatur* 1, 2. * *pacisci; conuenire cum aliquo de re aliqua: aut omnino promittere, polliceri* 1, 2. * ὁμολογημένα τῶ πράγματος δικαίᾳ εἶναι *Quum res aperte et manifeste vera sit* 13, 1.

¹⁰Ὀμοτρόπος· καὶ τοιαῦτα ἕτερα πρὸς τὰς ξένας καὶ τῶν πολιτῶν τὰς ὁμοτρόπας *Et eiusmodi vocibus aliis utitur apud hospites et apud ciues ipsius similes* 26, 4. conf. Degen ind. An. h. v.

¹¹Ὀναροκρίτοι *Coniectores* [Cic. de diu. 2, 63] h. e. *somniorum interpretes* 16, 2.

¹²Ὄνομα *Nomen* 2, 1. 22, 1. * τᾶνομα 13, 3. * ὀνόματα *Nomina* 23, 4.

¹³Ὄνομασι *Nominatim* 11, 2.

¹⁴Ὄνος *Asinus* 4, 2.

¹⁵Ὄνυχες *Ungues* 19, 1.

¹⁶Ὄπιθεν *Pone* 18, 2: vbi opponitur τῷ ἔμπροσθεν.

¹⁷Ὀπλόμαχοι *Hoplomachi*: qui certant inter se et pugnant armis 5, 4.

¹⁸Ὄπτε.

ὄψεσθαι; Quando ipsum visurus sit? 5, 1.

ὄπως Vt: cum Indicativo, vt 10, 4. 21, 1: cum Coniunctiuo, 21, 2. 4. 23, 3, * ὄπως μὴ Ne: cum Optativo 18, 2: cum Coniunctiuo prooem. 3. 2: cum Indicativo 13, 2: 24, 3: vbi ante ὄπως intelligi debet ὄρα, qui Imperatiuus additus est 1, 4. * ὄπως ἂν Vt 7, 5. * ὄπως δὲ σου ἀπισήσω ἢ ἐκείνῃ καταγνώ, ἀπορῆμαι Nescio quomodo tibi non habeam fidem aut quomodo dubitem de eius fide, h. e. neque de tua fide dubito neque de illius gravitate 1, 3.

ὄρα Videri: cauere 1, 2. 4. 2, 2. 3. 8, 2. 11, 2. 25, 3. 4.

ὄρεξις Cupiditas: auaritia 21, 1.

ὄρθῶς σὸν δὲ — εἰδῆσαι, εἰ ὄρθῶς λέγω Tuum est — videre, an recte differam prooem. 4. * ἐπισημήνασαι — ὄρθῶς Acclamat — Recte 2, 3.

ὄριγανον Origanum: cuminum 10, 3. Erat apud veteres in condimentis.

ὀρίζεσθαι Describere prooem. 4. 7, 1.

ὀρμαδοὶ γραμματιδίων Fasces magni litterarum 6, 4.

ὀρμαδὸς enim proprie est

ferta e caepis similibusue rebus contexta, vt Casaubonus animaduertit. Sed deinde dicitur de numero et multitudine aliarum rerum, eaque fere magna et continente. vt ὀρμαδοὶ Ἐρώτων Magnus numerus, magna series, Amorum, apud Anacreont. Odar. 32, 11.

ὀρνιθοσκοπία Auspex: augur 16, 2. 19, 3.

ὄρος in libris philosophorum valet fere definitionem, et distinguitur a τύπῳ h. e. descriptione. Sed hoc in libello ὄρος et τύπος declarant vnum idemque h. e. descriptionem. Nam formulae 5, 1. 20, 1. ὄρω περιλαβεῖν. 9, 1 ὄρω λαβεῖν et 14, 1 ὄρω εἰπεῖν idem significant quod 11, 1 διορίσασθαι et 7, 1 ὀρίζεσθαι Describere * ἔροι 10, 2. vbi vide notam.

ὀρφεοτελεσάη Orpheotelestae: 16, 3. confer ibi notam.

ὀρχεῖσθαι Saltare 6. 1. 12, 3. 15, 3.

ὄς, ἢ, ὃ Qui, quae, quod prooem. 2. 8, 3.

ὀσημέριον Quotidie 10, 2. 21, 2.

ὄσοι ἐμοὶ καὶ σοὶ γένοιτο Quot velim mihi sint et tibi 14, 4. vbi vide notam. * ὄσα τυγχάνει γένη τρόπων τέτοις

προσκειμένα Quae vitia virtutesue insint in quoque prooem. 2. add. 9, 3. 10, 1. 13, 1. 23, 1. 2. 4.

Ὅσις Qui: quicumque 3, 3.

* ὅτις Quicquid etiam 7, 1.

Ὅς ἔν ἐς τὸν ζῶμὸν Os quo adiunnetur ius 9, 2.

Ὅταν Quando: quum: ubi 4, 2. 5, 3. 6, 3. 7, 2. 5. 11, 1. 16, 2. 18, 2. 22, 2. 24, 2. 26, 2.

Ὅτι Quod: quia 2, 2. 3, 2 etc. * saepe redundat, ut ὡς, nec Latine reddi potest, quum referuntur alicuius verba, ut 2, 4, 17, 3. 24, 3. 26, 1. * 17, 2. Sensus loci est, Quomodo vero, inquit? quod pecunia cuique sua reddenda sit? —

Ὅν ἔκ. ἔχ. Non prooem. 1. 1, 3. 2, 2 etc.

Ὅυδέ Neque prooem. 1. 6, 4. 7, 5. 23, 4.

Ὅυδεὶς — ἐν Nullus — nihil 1, 4. 2, 1. 4, 1. 8, 1.

15, 3. 24, 1. 28, 2. * ἔδε-

μία σοὶ χάρις Ego vero gratiam tibi habeo nullam 9, 3.

Quae verba redolent vrbantatem et elegantiam Articam.

Ἀναίσχυντοι vernaculi dicerent; sit venia verbis; thue

du mir was anders. * ἔδέν λέγειν, quae formula occurrit 7, 1. vsurpatur de iis qui

dicunt vana et falsa, vel certe superuacanea neque ad rem pertinentia.

Ὅυδέποτε Nunquam 17, 2.

Ὅυτε — ἔτε Neque — neque 24, 2. Sed ter repetitur 10, 2. 15, 2. 3. 16, 2.

Ὅυ Vbi 5, 3. * quo 13, 1

Ὅυλαί Mola falsa n. e. farostum et sale mistum 10, 3.

Ὅυν Igitur prooem. 4. 1, 1. 8, 2. 12, 1. * ἀλλ' ἔν At sane 8, 3.

Ὅυς Auris 2, 5.

Ὅυσία Res: facultates 17, 2.

Ὅυτος, αὐτη, τῆτο Haec, hoc 2, 1. 4, 3. 14, 1. etc. * τῆτι, pro τῆτο, 2, 4.

* καὶ τῆτο Quin etiam: atque adeo 6, 3. vbi vide notam.

Ὅυτω Sic: eodem modo: tam: adeo 1, 3. 12, 3. 16, 1. 17, 2. 18. 1. * ἔτως Eodem modo: sic prooem. 4. 8, 5.

Ὅφείλειν χάριν ὀφείλειν Gratiam debere 17. 3. * τῆς

ὀφείλοντας αὐτῷ ἀργύριον — ἀπαιτεῖν τῆς τόκους Ab debitoribus — exigit usuram 18,

2. * ἀργύριον ὀφειλόμενον Pecunia debita 14, 3. * ἐρήμους

δικας ὠφλήκασιν Ob desertum vadimonium multantur 8, 4.

Sic 12, 1. δίκην ὠφληκῶς ἐγγύης dicitur is qui spondit

pro

pro aliquo, et, quoniam is pro quo spondit, non est solvendo, damnatus est ut ipse creditori satisfaciat pecuniamque reddat.

Ὄφεις *Serpens* 16, 1. Nam capta a veteribus esse auspicia ex serpentibus in domo visis, intelligitur ex iis quae habet Suidas in vocab. οἰωνισική. Vocabatur pars ista divinationis οἰκοσκοπικὸν οἰώνισμα, de quo scripserat Xenocrates. vid. Suidas in Ξενοκράτης.

Ὄχεϊδαί ἐφ' ἵππεσσι *Vehi equo* 27, 2.

Ὄχλος *Turba: multitudo* 26, 2. * περιίσαται τὴν ὄχλον *Colligere circa se turbam* 6, 3.

Ὄψε γενέσθαι αὐτὸν *Se vesperi domum venenisse* 1, 2.

Ὄψιμαθής *Sero discens* 27, 1.

Ὄψιμαθία *Sera eruditio* 27, 1. Comprehendit autem Theophrastus hoc vocabulo non tantum ipsam eruditionem seram, sed etiam vitia serae eruditionis, id quod, et descriptio declarat, et exempla subiecta docent.

Ὄψον *Obsonium: h. e. quicquid cum pane comeditur, quod genus carnes, olera* 11, 5, 28, 3.

Ὄψωνεῖν *Obsonare* 9, 2. 10, 3. 11, 2. 18, 2, 22, 2. * τὰ ὄψωνημένα *Obsonia emta* 11, 2.

Π

Παιδήματα *Vitia prooem.* 4.

Παιδαγωγός *Paedagogus: custos atque comes puerorum ingenuorum assiduus* 9, 2.

Παιδάριον *Puerulus: servulus* 11, 4.

Παιδέυεσθαι *Institui prooem.* 1. Pertinet ad omnem disciplinam, et publicam et privatam.

Παιδιά 11, 1. pertinet cum ad verba, *locus*, tum ad facta, *Ludus*.

Παιδίον *Infans* 2, 1. * τὰ παιδία *Liberi* 2, 3. 5, 2. 7, 5. 14, 3. 16, 3.

Παιδοτρίβαι *Paedotribae: qui adolescentes docebant artem luctandi aliasque similes* 7, 3.

Παίξαν μακρὸν ἀνδριάντα 27, 2.

Παῖς *Puer h. e. servus* 2, 5. 8, 1. 11, 5. 1. 2. 3. 13, 1. 14, 3. 18, 1. 2. 21, 2. 23, 5. 24, 3. 25, 2. 3. * παῖδες *Pueri ingenui* 7, 3.

Πάλας *Dudum* 7, 2.

Παλαίστρα *Palaestra: locus in quo veteres se exercebant luctando* 5, 4. 7, 3.

Παλαιστρικός κόνις *Palae-
stricus: pulvis* 5, 4. Vid. su-
pra κόνις.

Παλαίω. παλαίειν *Luētari*
14, 3. * καὶ παλαίων ἐν τῷ
βαλανείῳ πυκνὰ τὴν ἔδραν σρέ-
φειν *Et, veluti luētans, in
balneo crebrius nates agitatur*
27, 3. Vid. supra vocab.
ἔδρα.

Παλιλογίαι *Diēta ante di-
ētis contraria* 1, 4. Nam πά-
λιw in multis verbis composi-
tis valet *contra*.

Πανδοκείον *Deuersorium:*
publicum recipiendis viatori-
bus et hospitibus, in quo
omnia quae ad victum perti-
nent, habentur promercialia.

Πανδοκείων *Cauponem esse*
6, 2. Habita autem fuisse
πανδοκεία cum ipsis cauponi-
bus infamia, adeo ut ne ser-
vi quidem paullo liberaliores
illuc intrarint, apparet ab-
vnde e locis Platonis atque
Isocratis, quae laudarunt Ca-
saubonus et Schwarzius.

Πανήγυρις *Coetus hominum
magnus quivis.* vnde 6, 3. ἐκ
ἀλλῶς θεωρεῖσθαι ἀξίων τὴν
ἀπόνοιαν αὐτῆς ἢ ἄταν ἢ πανή-
γυρις *Neque aliter insaniam
vult spectari suam, quam cir-
cumfusa magna hominum mul-
titudine.*

Παντοδαπὰ φύσεις *Varia
ingenia: varii homines inge-
nii prooem.* 2.

Παντοποιὸς *Andax: prom-
tus et paratus ad audendum
quiduis* 6, 1.

Πάνυ. πάνυ ταλαίπωρον αὐ-
τῶν ἐστὶ τὸ ἐπιτήδευμα *Omni-
no misera est eorum vitae ratio*
8, 5. * ληκύθια μικρὰ πάνυ
Lecythi male paruae 10, 4.

Πάππος *Auus* 19, 1.

Παρά. 1) cum Genitiuo.
vt γράμματα ὡς πάρεσι παρ'
Ἀντιπάτρου *Litteras allatas
esse ab Antipatro* 23, 2. * κο-
μισαδαὶ παρ' Ἀρχίας τὴν ταρ-
χης *Emit ab Archia salsa-
menta eaque domum refert ip-
se* 4, 4. add. ibid. 3. 11, 3.
18, 3. * παρὰ τῆς υἱῆς μανθά-
νεν *Ab filio discit* 27, 1. add.
ibid. 2. * ἐράνεις εἰσενεχθέντος
παρὰ τῶν φίλων *Si pecunia
collata fuerit ab amicis* 17, 3.
* συνδιοικήσαδαι παρὰ τῶν
πρυτάνεων ὅπως — *Mandari
sibi iubet a Prytanibus ut* —
21, 2. 2) Cum Dativio. vt
παρ' αὐτῷ *Domus suae* 20, 2.
* δαπνεῖν παρ' ἐτέρῳ *Coenare
apud alium* 9, 1. * Se 4, 1.
τοῖς παρ' αὐτῷ ἐργαζομένοις
— ἐν ἀγρῷ, verba ἐν ἀγρῷ
sunt interpretamentum ver-
borum παρ' αὐτῷ. vt 8, 3. πα-
ρὰ τέτοις explicatur per ἐν
οἰκίᾳ.

οἰκία. 3) Cum Accusatiuo. vt παρ' αὐτὸν καθίσαι *Iuxta se collocat* 5, 2. add. 21, 1. * παρὰ τὸ προσῆκον *Temere et nullo iure* 17, 1. * παρὰ πότον *In conuiuio: inter pocula* 27, 1.

Παραγγέλλειν *Imperare* 13, 2. Est enim verbum proprium quod de imperatoribus atque ducibus adhibetur.

Παραγινέσθαι ἄρτι παραγεγονέναι *Se modo domum reuenisse* 1, 2. * παραγεγονώς ἐξ αὐτῆς τῆς μάχης *Qui redierit ex ipsa pugna* 8, 1. * παραγενέσθαι αὐτὸν εἰς Μακεδονίαν *Venisse eum in Macedoniam* 23, 2. * ἵνα παραγένηται *Ut adsit h. e. ut funus euset* 14, 2. *Adesse eodem sensu legitur apud Terent. Andr.* 1, 1, 80.

Παραδείγματα *Exempla prooem.* 3.

Παραδειπνεῖσθαι *Coenam perdere: coena priuari: domicoenio affici: coena comesa venire* 8, 4.

Παράδοξόν μοι τὸ πρᾶγμα *Mira narras: incredibilis mihi videtur res* 1, 3.

Παραδειῖσθαι *Contendere: conferre: comparare prooem.* 2.

Παρακαθέζεσθαι *Affidere* 3, 1.

Παρακαθῆσθαι *Affidere* 14, 1. 23, 2. 25, 2. 26, 3.

Παρακαλεῖν *Inuitare: vocare* 11, 2: vbi construitur cum Praepositione ἐπί. * ἐκ μακρῆς ὁδῶ ἤκοντας ἄρτι παρακαλεῖν εἰς περίπατον *Qui modo venerint e longinquo itinere, eos iubet secum deambulare* 12, 1. * παρακαλῶν ἐπὶ τῷ ποτηρίῳ, ὅτι τέρψον τὰς παρόντας *In coena eum [parasitum] iubet oblectare conuiuias* 20, 2. Intell. ante ὅτι *Infinitiuus εἰπεῖν*, qui latet quodammodo in Participio παρακαλῶν vt c. 4, 3. ἀποδοκιμάζων, λίαν μὲν λυπρὸν εἶναι —. * παρακληθεῖς πρὸς δαιταν *Captus arbiter* 5, 2.

Παρακείμενος ζῶμος *Appositum ius* 20, 2.

Παρακολουθεῖν proprie *assequi, pone sequi, persequi, prosequi.* Sed prooem. 4. παρακολουθεῖσθαι valet *diligenter, studiose, legere et considerare.*

Παρακῆειν *Clam sublegendo sermones aliorum cognoscere* 8, 3.

Παραλαβεῖν μάρτυρας *Adhibere testes* 14, 3.

Παραλείπειν *Praeterire: praetermittere* 7, 2. 17, 3.

Παραμένων 2, 4: vbi vid. notam, et verbum παρακῆεισθαι.

Παραρρήγνυμι Φωνή πα-
ρερρήγνυια *Vox fracta* h. e.
quae supra modum intenta,
iterum atque iterum abrumpi-
tur 6, 3.

Παρασείειν proprie est ma-
nus iactare manus, vt solent
ii qui properant. intell. τὰς
χεῖρας. Sed 3, 3 valet iacta-
tis et demissis manibus fugere.
Nam genus hoc verborum,
quae duplicem notionem con-
tinent, praegnantia Gramma-
tici vocant, vt omnino fre-
quens est, ita nec hoc in li-
bello rarum reperitur, vt
ἀνίστασθαι, ἀπαιτῆν, σοβῆν.
vid. supra ἀνίστασθαι, et διαί-
ρεσθαι.

Παράσιτος *Parasitus*: qui,
vt affentatur, ita dictis fa-
ctisque ridiculis oblectat alios,
certe conatur oblectare, vt
adhibeatur coenae et pascatur
20, 3.

